

Cap. LVIII. Rubrica quod creditor possit intromittere de usufructibus bonorum uxoris pro debitis viri. R.ca.

5 **N**otum facimus statuentes quod, si aliquis civis Tergesti
esset obligatus alicui persone in aliqua quantitate pecunie tenore publici instrumenti, creditor eius possit intromittere de usufructibus possessionum uxoris ipsius obligati, ipsis iugalibus viventibus, si dictus obligatus non haberet bona aliqua, et dominium Tergesti teneatur facere rationem eidem
10 creditori de dictis usufructibus, detractis alimentis ipsius uxoris et filiorum et ¹⁾ filiarum eius, videlicet quod ipsa uxor et eius filii et filie habere debeant alimenta de dictis usufructibus.

Cap. LX. Rubrica quod uxores hominum de Tergesto que non starent cum viris suis
15 possint emere et vendere et contrahere.

Decernimus ²⁾ ordinantes quod, si aliqua uxor alicuius hominis de Tergesto non habitaret cum viro suo, stando per se divisim de comuni consensu et voluntate concorditer, tunc ipsa uxor illius hominis possit et valeat vendere et con-
20 trahere, nullo statuto alio obstante tam facto quam fiendo.

Cap. LXI. Rubrica de ordine observando in petitione decimarum.

Ordinamus quod, si aliquis civis et habitator Tergesti habere debet et recipere aliquam decimam ab aliquo tam
25 de domibus quam de vineis vel aliis proprietatibus, si ille habere debens talem decimam dilataret ³⁾ petere retentum ipsius decime sive dictam decimam, quod ipsam decimam sive retentum ipsius petere non possit // nisi per tempus trium anno- 240 B
rum, et dominium Tergesti petenti nullum ius eidem facere

¹⁾ Aggiunta sul rigo. ²⁾ *desterimus* poi corretto in *descerimus*.

³⁾ *dilitaret*. Stat. 1365 *dilactaret*.